



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

III. Iac. Sadoletvs S.R.E. Cardin. Romulo Amasæo, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

praestitit, ita ut accedat ad antiquitatis laudem: sed etiam, quod
hominem eum missa est, quem ego mirabiliter diligo, tum ver-
tibus eius, tum etiam officiis erga me, vel beneficiis potius pro-
uocatus: cui ipsi, quae meo meo verbis dicit, si nos dignos faciat,
quos aliquando in hac loca veniens inuisit, permageum meo
aduentu eius, & ex conspectu letitiam esse capturn. Valeat
Lazare. XII. Cal. Octob. Carpent.

III.

IAC. SADOLETVS S.R.E. CARDIN. ROM-
mulo Amaseo, S.P.D.

VENIENTI isthuc Iacobo Bordingo, qui Scholae Carpentensium
censu triennium praefuit, optimo viro, & Graecis Latinisque
literis eruditissimo, non potui nihil ad te literarum dare, quam
commendarem tibi hominem, quem mediis fidias ego singulari
benevolentia complectorum etiam, tu ut agnosceres, meo
me tui cum summa item benevolentia retinere. Is ea de causa Bo-
noniam proficiscitur, ut quoniam dedit aliquot annos medicinae
operam, id studii & laboris in ista urbe perficiat, doctorumque
iudicio statuatur dignus, qui ipse quoque possit eam civibus suis ar-
tem & scientiam profiteri: quod illud magna cum ingenii & do-
ctrinae laude adepturum esse confido. Nunc, etsi non dubito mihi
Romule, quin quem a me, & diligi & probari intelligis, cum summa
studiis atque officiis omnibus profecturus: tamen sic volo te re-
stimare, vix quatenquam inveniri posse, in quo tua mihi officia ac-
cidere possint gratiora, quam in Bordingo, cui omnibus de cas-
sis merito amicissimus sum: cupioque eum quam maxime & ce-
lebrari & ornari. Quod tu praeter ceteros egregie mihi praestare
potes, qui praes Bononiensis iuventuti, & elegantibus ingeniiis do-
minaris, in ea urbe natus, e qua eruditio, & optimarum artium dis-
ciplina, in has transalpinas nationes dimanasse creditur. Potest
autem haec sunt quae ego te posco: Primum ut diligas hominem ip-
se, & charum habeas: deinde, ut eidem doctos isthuc viros con-
sules, reddasque eum, & meo, & tuo testimonio omnibus nomi-
Postremo, ut cum publice iudicium de dignitate Bordingi per
doctorum collegium fieri: tu cum tuis omnibus, velto eum commo-
tu frequentiaque honestetis. Quamquam summa postulare com-
meorum haec est: te ut ita geras aduersus Bordingum, amore, iu-
dicio, diligentia: ut intelligat ipse, meam hanc sibi commenda-
tionem apud te plurimum profuisse: egoque in hoc homine experi-
ar, id quod tamen iam pridem scio, me abs te non solum diligi,
sed etiam vehementer amari. Vale mi Romule. Carpent. IV. Cal.
Octob. M.D.XL.